



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes á la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, Castillejos, 1.

OBISPADO DE SALAMANCA

CIRCULAR

Próximo el mes de Octubre, creemos oportuno recordar al venerable clero de la diócesis el más exacto cumplimiento de las disposiciones siguientes:

1.^a Desde el primer día del próximo Octubre, hasta el 2 de Noviembre, se rezará, al menos, la tercera parte del Rosario, con la Letanía lauretana y la oración á San José, mandada por el inmortal Pontífice León XIII, de feliz recordación, en todas las iglesias parroquiales: en los anejos, sobre todo donde hubiere *Reservado*, el Párroco designará la persona que habrá de dirigir el rezo.

2.^a En las parroquias donde hubiere medios para mayor solemnidad que la ordinaria, facultamos para exponer el Santísimo durante el Rosario y dar con Él la bendición en la reserva. En las demás parroquias, por pobres que sean, se hará la exposición tan sólo en los días festivos de todo el mes.

3.^a En todas las parroquias de los pueblos se hará públicamente con el mayor esplendor posible la solemne procesión del Rosario en uno de los domingos de dicho mes. En la capital se organizará y partirá, como de antiguo viene haciéndose, del grandioso templo conventual de San Esteban en la tarde del domingo, día 4, y á ella debe concurrir todo el clero de la ciudad, para lo cual los señores Párrocos avisarán oportunamente á los sacerdotes adscriptos á sus respectivas feligresías.

4.^a Para mayor fruto de las almas y estímulo de la piedad de los fieles que asistan al Santo Rosario en las iglesias parroquiales de la diócesis ó en la de San Esteban de esta ciudad, concedemos cincuenta días de indulgencia por cada vez que asistan al rezo del Rosario; otros cincuenta por oír la plática ó recibir la bendición al reservar el Santísimo.

Salamanca, 18 de Septiembre de 1908.

† FR. FRANCISCO JAVIER,
OBISPO.

CONSTITVTIO APOSTOLICA
DE ROMANA CURIA

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Sapienti consilio sa. me. Pontifex Xystus V, Decessorum vestigiis inhaerens eorumque coepta perficiens, sacros Cardinalium coetus, seu Romanas Congregationes, quarum aliquot iam erant ad certa negotia institutae, augeri numero voluit, ac suis quamque finibus contineri. Quare Apostolicis Litteris, die XXII mensis Ianuarii an. MDLXXXVII, quæ initium, *Immensa*, eiusmodi Congregationes constituit quindecim, ut, "partita inter eos aliosque romanae Curiae magistratus ingenti curarum negotiorumque mole,, quae solet ad Sanctam Sedem deferri, iam necesse non esset tam multa in Consistorio agi ac deliberari, simulque possent controversiae diligentius expendi, et celerius faciliusque eorum expediri negotia, qui undique, sive studio religionis ac pietatis, sive iuris persequendi, sive gratiae impetrandae, aliisve de causis ad Summum Pontificem confugerent.

Quantum vero utilitatis ex sacris his Congregationibus accesserit sive ad ecclesiasticam disciplinam tuendam, sive ad iustitiam administrandam, sive ad ipsos Romanos Pontifices relevandos, crescentibus in dies curis negotiisque distentos, compertum ex Ecclesiae historia exploratumque omnibus est.

Verum decursu temporis ordinatio Romanae Curiae a Xysto V potissimum per memoratas Apostolicas Litteras constituta, haud integra perstitit. Nam et Sacrarum Congregationum numerus, pro rerum ac temporum necessitatibus, modo auctus est, modo diminutus; atque ipsa iurisdictio unicuique Congregationi primitus attributa, modo novis Romanorum Pontificum praescriptis, modo usu aliquo sensim inducto ratoque habito, mutationibus obnoxia fuit. Quo factum est ut hodie singularum iurisdictio, seu *competentia*, non omnibus perspicua nec bene divisa evaserit; plures ex Sacris Congregationibus eâdem de re ius dicere valeant et nonnullae ad pauca tantum negotia expedienda redactae sint, dum aliae negotiis obruuntur.

Quapropter haud pauci Episcopi ac sapientes viri, maxime vero S. R. E. Cardinales, tum scriptis tum voce, et apud Decessorem Nostrum fel. rec. Leonem XIII, et apud Nos ipsos saepe institerunt ut opportuna remedia hisce incommodis afferrentur. Quod Nos quidem pro parte praestare curavimus datis Litteris die xvii mensis Decembris anno mcmiii, *Romanis Pontificibus*; aliisque datis die xxviii mensis Ianuarii anno mcmiv, *Quae in Ecclesiae bonum*; itemque aliis datis die xxvi mensis Maii anno mcmvi, *Sacrae Congregationi super negotiis*.

Cum vero in praesenti res quoque sit de ecclesiasticis legibus in unum colligendis, maxime opportunum visum est a Romana Curia ducere initium, ut ipsa, modo apto et omnibus perspicuo ordinata, Romano Pontifici Ecclesiaeque operam suam praestare facilius valeat et suppetias ferre perfectius.

Quamobrem, adhibitis in consilium pluribus S. R. E.

Cardinalibus, statuimus ac decernimus, ut Congregationes, Tribunalia et Officia, quae Romanam Curiam componunt et quibus Ecclesiae universae negotia pertractanda reservantur, post ferias autumnales decurrentis anni, hoc est a die III mensis Novembris MDCCCVIII, non alia sint, praeter consueta sacra Consistoria, quam quae praesenti Constitutione decernuntur, eaque numero, ordine, competentia, divisa et constituta maneant his legibus, quae sequuntur.

I

SACRAE CONGREGATIONES

1.º

CONGREGATIO SANCTI OFFICII

1. Haec Sacra Congregatio, cui Summus Pontifex praest, doctrinam fidei et morum tutatur.

2. Eidem proinde soli manet iudicium de haeresi aliisque criminibus, quae suspicionem haeresis inducunt.

3. Ad ipsam quoque devoluta est universa res de Indulgentiis, sive quae doctrinam spectet, sive quae usum respiciat.

4. Quidquid ad Ecclesiae praecepta refertur, uti abstinentiae, ieiunia, festa servanda, id omne, huic Sacro Consilio sublatum Congregationi Concilii tribuitur; quidquid ad Episcoporum electionem spectat, sibi vindicat Congregatio Consistorialis; relaxationem vero votorum in religione seu in religiosis institutis

emissorum, Congregatio negotiis sodalium religiosorum praeposita.

5. Etsi peculiaris Congregatio sit constituta *de disciplina Sacramentorum*, nihilominus integra manet Sancti Officii facultas ea cognoscendi quae circa privilegium, uti aiunt, Paulinum, et impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis versantur, praeter ea quae attingunt dogmaticam de matrimonio, sicut etiam aliis de Sacramentis, doctrinam.

2.º

CONGREGATIO CONSISTORIALIS

1. Duas haec Sacra Congregatio, easque distinctas partes complectitur:

2. Ad primam spectat non modo parare agenda in Consistoriis, sed praeterea in locis Congregationi de Propaganda Fide non obnoxiiis novas dioeceses et *capitula tum cathedralia tum collegiata* constituere; dioeceses iam constitutas dividere; Episcopos, Administratores apostolicos, Adiutores et Auxiliarios Episcoporum eligere; canonicas inquisitiones seu *processus* super eligendis indicere actosque diligenter expendere; ipsorum periclitari doctrinam. At si viri eligendi vel dioeceses constituendae aut dividendae sint extra Italiam, administri Officii a publicis negotiis, vulgo *Secretariae Status*, ipsi documenta excipient et *Positionem* conficient, Congregationi Consistoriali subiiciendam.

3. Altera pars ea omnia comprehendit, quae ad singularum dioecesium regimen, modo Congregationi de

Propaganda Fide subiectae non sint, universim referuntur, quaeque ad Congregationes Episcoporum et Concilii hactenus pertinebant, et modo Consistoriali tribuuntur. Ad hanc proinde in posterum spectent vigilantia super impletis vel minus obligationibus, quibus Ordinarii tenentur; cognitio eorum quae ab Episcopis scripto relata sint de statu suarum dioecesium; indictio apostolicarum visitationum, examenque earum quae fuerint absolutae, et, post fidelem rerum expositionem ad Nos delatam singulis vicibus, praescriptio eorum, quae aut necessaria visa fuerint aut opportuna; denique ea omnia quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem et studia Seminariorum pertinent.

4. Huius Congregationis erit, in conflictatione iurium, dubia solvere circa *competentiam* Sacrarum Congregationum.

5. Huius Sacri Consilii Summus Pontifex perget esse Praefectus. Eique Cardinales *a secretis* S. Officii et *Secretarius Status* semper ex officio accensentur, praeter alios, quos Summus Pontifex eidem adscribendos censuerit.

6. A secretis semper esto Cardinalis a Summo Pontifice ad id munus eligendus; alter ab ipso erit Praelatus, cui *Adessoris* nomem, qui idem fungetur munere a secretis Sacri Collegii Patrum Cardinalium, et sub ipso sufficiens administrorum numerus.

7. Consultores huius Congregationis erunt *Adessor* Sancti Officii, et *a secretis* Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis, durante munere: quibus accedent alii, quo Summus Pontifex elegerit.

3.º

CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORVM

1. Est huic Sacrae Congregationi proposita universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, incolumi iure Congregationis Sancti Officii, secundum ea quae superius statuta sunt, et Sacrorum Rituum Congregationis circa caeremonias quae in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis servari debent.

2. Itaque eidem Congregationi tribuuntur ea omnia, quae huc usque ab aliis Congregationibus, Tribunalibus aut Officiis Romanae Curiae decerni concedique consueverant tum in disciplina matrimonii, uti dispensationes in foro externo tam pauperibus quam divitibus, sanationes in radice, dispensatio super rato, separatio coniugum, natalium restitutio seu legitimatio prolis; tum in disciplina aliorum Sacramentorum, uti dispensationes ordinandis concedendae, salvo iure Congregationis negotiis religiosorum sodalium praepositae ad moderandam eorundem ordinationem; dispensationes respicientes locum, tempus, condiciones Eucharistiae sumendae, Sacri litanandi, adservandi Augustissimi Sacramenti; aliaque id genus.

3. Quaestiones quoque de validitate matrimonii vel sacrae Ordinationis, aliasque ad Sacramentorum disciplinam spectantes, eadem Congregatio dirimit, incolumi iure Sancti Officii. Si tamem eadem Congregatio iudicaverit huiusmodi quaestiones iudiciario or-

dine servato esse tractandas, tunc eas ad Sacrae Romanae Rotae tribunal remittat.

4. Congregationi huic, quemadmodum ceteris omnibus quae sequuntur, erit Cardinalis Praefectus, qui praeerit sacro Ordini, aliquot Patribus Cardinalibus a Pontifice Summo eligendis conflato, cum *Secretario* aliisque necessariis administris et consultoribus.

4.º

CONGREGATIO CONCILII

1. Huic Sacrae Congregationi ea pars est negotiorum commisa, quae ad universam disciplinam Cleri saecularis populique christiani refertur.

2. Quamobrem ipsius est curare ut Ecclesiae praecepta serventur, cuius generis sunt ieiunium (excepto eucharistico, quod ad Congregationem de disciplina Sacramentorum pertinet) abstinentia, decimae, observatio dierum festorum, cum facultate opportune relaxandi ab his legibus fideles; moderari quae Parochos et Canonicos spectant; item quae pias Sodalitates, pias uniones, pia legata, pia opera, Missarum stipendia, beneficia aut officia, bona ecclesiastica, arcae nummarias, tributa dioecesana, aliaque huiusmodi, attingunt. Videt quoque de iis omnibus, quae ad immunitatem ecclesiasticam pertinent. Eidem Congregationi facultas est reservata eximendi a conditionibus requisitis ad assecutionem beneficiorum, quoties ad Ordinarios eorum collatio spectet.

3. Ad eandem pertinent ea omnia quae ad Conciliorum celebrationem et recognitionem, atque ad Epis-

coporum coetus seu *conferentias* referuntur, suppressa Congregatione speciali, quae hactenus fuit, pro Conciliorum revisione.

4. Est autem haec Congregatio tribunal competens seu legitimum in omnibus causis negotia eidem commissa spectantibus, quas ratione disciplinae, seu, ut vulgo dicitur, *in linea disciplinari* pertractandas iudicaverit; cetera ad Sacram Romanam Rotam erunt deferenda.

5. Congregationi Concilii adiungitur et unitur, qua Congregatio specialis, ea quae *Lauretana* dicitur.

5.º

CONGREGATIO NEGOTIIS RELIGIOSORVM SODALIVM PRAEPOSITA

1. Haec Sacra Congregatio iudicium sibi vindicat de iis tantum, quae ad Sodales religiosos utriusque sexus tum solemnibus, tum simplicibus votis adstrictos, et ad eos qui, quamvis sine votis, in communi tamen vitam agunt more religiosorum, itemque ad tertios ordines saeculares, in universum pertinent, sive res agatur inter religiosos ipsos, sive habita eorum ratione cum aliis.

2. Quapropter ea omnia sibi moderanda assumit, quae sive inter Episcopos et religiosos utriusque sexus sodales intercedunt, sive inter ipsos religiosos. Est autem tribunal competens in omnibus causis, quae ratione disciplinae, seu, ut dici solet, *in linea disciplinari* aguntur, religioso sodali sive convento sive actore; ceterae ad Sacram Romanam Rotam

erunt deferendae, incolumi semper iure Sancti Officii circa causas ad hanc Congregationem spectantes.

3. Huic denique Congregationi reservatur concessio dispensationum a iure communi pro sodalibus religiosis.

6.º

CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

1. Sacrae huius Congregationis iurisdictio iis est circumscripta regionibus, ubi, sacra hierarchia nondum constituta, status missionis perseverat. Verum, quia regiones nonnullae, etsi hierarchia constituta, adhuc inchoatum aliquid praeseferunt, eas Congregationi de Propaganda Fide subiectas esse volumus.

2. Itaque a iurisditione Congregationis de Propaganda Fide exemptas et ad ius commune deductas decernimus—in *Europa*—ecclesiasticas provincias Angliae, Scotiae, Hiberniae, et Hollandiae, ac dioecesim Luxemburgensem;—in *America*—provincias ecclesiasticas dominii Canadensis, Terrae Novae et Foederatarum Civitatum, seu *Statuum Unitorum*. Negotia proinde quae ad haec loca referuntur, tractanda in posterum non erunt penes Congregationem de Propaganda Fide, sed pro varia eorumdem natura, penes Congregationes ceteras.

3. Reliquae ecclesiasticae provinciae ac dioeceses, iurisditioni Congregationis de Propaganda Fide hactenus subiectate, in eius iure ac potestate maneant. Pariter ad eam pertinere decernimus Vicariatus omnes Apostolicos, Praefecturas seu missiones quasli-

bet, eas quoque quae Congregationi a Negotiis ecclesiasticis extraordinariis modo subsunt.

4. Nihilominus, ut unitati regiminis consulatur, volumus ut Congregatio de Propaganda Fide ad peculiare alias Congregationes deferat quaecumque aut fidem attingunt, aut matrimonium aut sacrorum rituum disciplinam.

5. Quod vero spectat ad sodales religiosos, eadem Congregatio sibi vindicet quidquid religiosos qua missionarios, sive uti singulos, sive simul sumptos tangit. Quidquid vero religiosos qua tales, sive uti singulos, sive simul sumptos attingit, ad Congregationem Religiosorum negotiis praepositam remittat aut relinquat.

6. Unitam habet Congregationem pro negotiis Rituum Orientalium, cui integra manent quae huc usque servata sunt.

7. Praefectura specialis pro re oeconomica esse desinit; omnium vero bonorum administratio, etiam *Reverendae Camerae Spoliorum*, ipsi Congregationi de Propaganda Fide committitur.

8. Cum hac Congregatione coniungitur Coetus pro *unione Ecclesiarum dissidentium*.

7.º

CONGREGATIO INDICIS

1. Huius sacrae Congregationis in posterum erit non solum delatos sibi libros diligenter excutere, eos si oportuerit, prohibere, et exemptiones concedere; sed etiam ex officio inquirere, qua opportuniore licet via, si quae in vulgus edantur scripta cuiuslibet

generis, damnanda; et in memoriam Ordinariorum reducere, quam religiose teneantur in perniciosa scripta animadvertere, eaque Sanctae Sedi denunciare, ad normam Const. *Officiorum*, xxv Ian. MDCCCXCVII.

2. Cum vero librorum prohibitio persaepe propositam habeat catholicae fidei defensionem, qui finis est etiam Congregationis Sancti Officii, decernimus ut in posterum omnia quae ad librorum prohibitionem pertinent, eaque sola, utriusque congregationis Patres Cardinales, Consultores, Administri secum invicem communicare possint, et omnes hac de re eodem secreto adstringantur.

8.º

CONGREGATIO SACRORVM RITVM

1. Haec Sacra Congregatio ius habet videndi et statuendi ea omnia, quae sacros ritus et caeremonias Ecclesiae Latinae proxime spectant, non autem quae latius ad sacros ritus referuntur, cuiusmodi sunt praecedentiae iura, aliaque id genus, de quibus, sive servato iudiciario ordine sive ratione disciplinae, hoc est, uti aiunt, *in linea disciplinari* disceptetur.

2. Eius proinde est praesertim advigilare ut sacri ritus ac caeremoniae diligenter serventur in Sacro celebrando, in Sacramentis administrandis, in divinis officiis persolvendis, in iis denique omnibus quae Ecclesiae Latinae cultum respiciunt; dispensationes opportunas concedere; insignia et honoris privilegia tam personalia et ad tempus, quam localia et perpetua, quae ad sacros ritus vel caeremonias pertineant, largiri, et cavere ne in haec abusus irrepant.

3. Denique ea omnia exequi debet, quae ad beatificationem et canonizationem Sanctorum vel ad Sacras Reliquias quoquo modo referuntur.

4. Huic congregationi adiunguntur *Coetus liturgicus*, *Coetus historico liturgicus* et *Coetus pro Sacro Concentu*.

9.º

CONGREGATIO CAEREMONIALIS

Haec sacra Congregatio iura hactenus ipsi tributa integra servat: ideoque ad eam pertinet moderatio caeremoniarum in Sacello Aulaque Pontificali servandarum, et sacrarum functionum, quas Patres Cardinales extra pontificale sacellum peragunt; itemque quaestiones cognoscit de praecedentia tum Patrum Cardinalium, tum Legatorum, quos variae nationes ad Sanctam Sedem mittunt.

10.º

CONGREGATIO PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

In ea tantum negotia Sacra haec Congregatio incumbit, quae eius examini subiiciuntur a Summo Pontifice per Cardinalem *Secretarium Status*, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus coniunctum aliquid habent et ad pacta conventa cum variis civitatibus referuntur.

11.º

CONGREGATIO STUDIORVM

Est huic Sacrae Congregationi commissa moderatio studiorum in quibus versari debeant maiora athe-

naea, seu quas vocant Vniversitates, seu Facultates, quae ab Ecclesiae auctoritate dependent, comprehensis iis quae a religiosae alicuius familiae sodalibus administrantur. Novas institutiones perpendit approbatque; facultatem concedit academicos gradus conferendi, et ubi agatur de viro singulari doctrina commendato potest eos ipsa conferre.

II

TRIBUNALIA

1.º

SACRA POENITENTIARIA

Huius sacri iudicii seu tribunalis iurisdictio coartatur ad ea dumtaxat quae forum internum, etiam non sacramentale, respiciunt. Itaque, externi fori dispensationibus circa matrimonium ad Congregationem de disciplina Sacramentorum remissis, hoc tribunal pro foro interno gratias largitur, absolutiones, dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes; excutit praeterea quaestiones conscientiae easque dirimit.

2.º

SACRA ROMANA ROTA

Quum Sacrae Romanae Rotae tribunal, anteactis temporibus omni laude cumulatum, hoc aevo variis de causis iudicare ferme destiterit, factum est ut Sacrae

Congregationes forensibus contentionibus nimium gravarentur. Huic incommodo ut occurratur, iis inhaerentes, quae a Decessoribus Nostris Xycto V, Innocentio XII et Pio VI sancita fuerunt, non solum iubemus "per Sacras Congregationes nom amplius recipi nec agnosci causas contentiosas, tam civiles quam criminales, ordinem iudicarium cum processu et probationibus requirentes," (Litt. Secretariae Status, xvii Aprilis MDCCXXVIII); sed praeterea decernimus, ut causae omnes contentiosae non majores, quae in Romana Curia aguntur in posterum devolvantur ad Sacrae Romanae Rotae tribunal, quod hisce litteris rursus in exercitium revocamus iuxta *Legem propriam*, quam in appendice praesentis Constitutionis ponimus, salvo tamen iure Sacrorum Congregationum, prout superius praescriptum est.

3.º


SIGNATVRA APOSTOLICA

Item supremum Signaturae Apostolicae tribunal restituendum censemus, et praesentibus litteris restituimus, seu melius instituimus, iuxta modum qui in memorata *Lege* determinatur, antiqua ordinatione tribunalium *Signaturae papalis gratiae et iustitiae* suppressa.

III
OFFICIA

1.º

CANCELLARIA APOSTOLICA



1. Huic officio praesidet unus ex S. R. E. Cardinalibus, qui posthac Cancellarii, non autem Vice Cancellarii nomen assumet. Ipse iuxta pervetustam consuetudinem in sacris Consistoriis, ex officio, notarii munere fungitur.

2. Ad Cancellariae officium in posterum hoc unum tamquam proprium reservatur munus, Apostolicas expedire litteras *sub plumbo* circa beneficiorum consistorialium provisionem, circa novarum dioecesium et capitulorum institutionem, et pro aliis maioribus Ecclesiae negotiis conficiendis.

3. Unus erit earum expediendarum modus, hoc est per *viam Cancellariae*, iuxta normam seorsim dandam, sublatis iis modis qui dicuntur per *viam secretam, de Camera et de Curia*.

4. Expedientur memoratae litterae seu *bullae* de mandato Congregationis Consistorialis circa negotia ad eius iurisdictionem spectantia, aut de mandato Summi Pontificis circa alia negotia, servatis ad unguem in singulis casibus ipsius mandati terminis.

5. Suppresso collegio Praelatorum, qui dicuntur *Abbreviatores maioris vel minoris residentiae*, seu *de parco maiori vel minori*; quae ipsius erant munia in subscribendis apostolicis bullis transferuntur ad

collegium Protonotariorum Apostolicorum, qui vocantur *participantes de numero*.

2.º

DATARIA APOSTOLICA

1. Huic officio praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, qui in posterum Datarii, non vero Pro-Datarii nomen obtinebit.

2. Ad Datariam in posterum hoc unum tamquam proprium ministerium tribuitur, cognoscere de idoneitate eorum qui optant ad beneficia non consistorialia Apostolicae Sedi reservata; conficere et expedire Apostolicas litteras pro eorum collatione; eximere in conferendo beneficio á conditionibus requisitis, curare pensiones et onera quae Summus Pontifex in memoratis conferendis beneficiis imposuerit.

3. In his omnibus agendis normas peculiare sibi proprias, aliasque seorsim dandas servabit.

3.º

CAMERA APOSTOLICA

Huic Officio cura est atque administratio bonorum ac iurium temporalium Sanctae Sedis, quo tempore prasertim haec vacua habeatur. Ei officio praeest S. R. E. Cardinalis Camerarius, qui in suo munere, Sede ipsa vacua, exercendo se geret ad normas exhibitas a Const. *Vacante Sede Apostolica*, xxv Dec. MDCCCCIV.

SECRETARIA STATUS

Oficium hoc, cuius est supremus moderator Cardinalis a *Secretis Status*, hoc est a publicis negotiis, triplici parte constabit. Prima pars in negotiis extraordinariis versabitur, quae Congregationi iisdem praepositae examinanda subiici debent, ceteris, pro diversa eorum natura, ad peculiare Congregationes remissis; altera in ordinaria negotia incumbet, ad eamque, inter cetera, pertinebit honoris insignia quaeque concedere tum ecclesiastica tum civilia, iis demptis quae Antistiti pontificali domui Praeposito sunt reservata; tertia expeditioni Apostolicorum Brevium, quae a variis Congregationibus ei committuntur, vacabit.— Primae praerit *Secretarius* Congregationis pro negotiis extraordinariis; alteri *Substitutus* pro negotiis ordinariis; tertiae *Cancellarius* Brevium Apostolicorum. Inter harum partium praesides primus est *Secretarius* Sacrae Congregationis negotiis extraordinariis praepositae, alter *Substitutus* pro ordinariis negotiis.

SECRETARIAE BREVIVM AD PRINCIPES ET EPISTOLARVM LATINARVM

Duplex hoc officium sua munia, ut antea, servabit, latine scribendi acta Summi Pontificis.

In posterum vero in omnibus Apostolicis Litteris, sive a *Cancellaria* sive a *Dalaria* expediendis, initium anni ducetur, non a die Incarnationis Dominicae, hoc est a die xxv mensis Martii, sed a Kalendis Ianuariis.

Itaque Congregationes, Tribunalia, Officia, quae diximus, posthac Romanam Curiam constituent, servata eorum quae ante Nostras has litteras exstabant, propria constitutione, nisi immutata fuerit secundum superius praescripta aut secundum legem ac normas sive generales sive speciales quae Constitutioni huic adiiciuntur.

Congregatio quae dicitur *Reverendae fabricae S. Petri*, in posterum unam sibi curandam habebit rem familiarem Basilicae Principis Apostolorum, servatis ad unguem in ac parte normis a Benedicto XIV statutis Const. *Quanta curarum* die xv mensis Novembris MDCCLI data.

Coetus *studiis proveendis* sive *Sacrae Scripturae*, sive *historiae*; *Obulo S. Petri administrando*; *Fidei in Urbe praeservandae*, permanent in statu quo ante.

Sublata Congregatione *Visitationis Apostolicae Urbis*, quae ipsius erant iura et munia, ad peculiarem Patrum Cardinalium coetum, penes urbis Vicariatum constituendum, deferimus.

In omnibus autem et singulis superius recensitis Congregationibus, Tribunalibus, Officiis hoc in primis solemne sit, ut nil grave et extraordinarium agatur, nisi a moderatoribus eorundem Nobis Nostrisque pro tempore Successoribus fuerit ante significatum.

Praeterea, sententiae quaevis, sive gratiae via, sive iustitiae, pontificia approbatione indigent, exceptis pro quibus eorundem Officiorum, Tribunalium et Congregationum moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque semper sententiis tribunalis Sacrae Rotae et Signaturae Apostolicae de ipsarum competentia latis.

Huic Constitutioni accedunt leges propriae, ac normae tum generales tum particulares, quibus disciplina et modus tractandi negotia in Congregationibus, Tribunalibus, Officiis praestituitur; quas leges et normas ad unguem ab omnibus observari mandamus.

Atque haec valere quidem debent Apostolica Sede plena; vacua enim standum legibus et regulis in memorata Constitutione "*Vacante Sede Apostolica*," statutis.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, et illis ad quos spectat aut pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuslibet etiam specilissima mentione dignis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo octavo, die festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, III Kal. Iulias. Pontificatus Nostri anno quinto.

A. Card. DI PIETRO

Pro-Datarivs

R. Card. MERRY DEL VAL

a Secretis Status

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ *Plumbi.*

Reg. in Secret. Brevium.

V. CVGNONIVS.

PROVISORATO Y VICARÍA GENERAL

EDICTO

NOS EL DR. D. JOSÉ CUESTA FERNÁNDEZ,
PROVISOR Y VICARIO GENERAL DEL OBISPADO:

Por el presente citamos, llamamos y emplazamos al presbítero D. José Díaz Bernardo González, encargado que estuvo de regir la parroquia de Rollán y otras de este Obispado, para que en el término de veinte días contados desde la publicación de este edicto, se presente en la Sala de Audiencia de este Provisorato, y de no hacerlo, le parará el perjuicio que haya lugar.

Salamanca 28 de Septiembre de 1908.

DR. JOSÉ CUESTA.

LIMOSNA PARA LA MISA JUBILAR DE SU SANTIDAD

En el pasado Agosto envió nuestro Excmo. y Reverendísimo Prelado á Roma la cantidad de *dos mil pesetas*, limosna que la diócesis salmantina ofrece al Santo Padre para la misa del día 18 de Septiembre, quincuagésimo aniversario de su ordenación sacerdotal.

A continuación insertamos la carta que el Eminentísimo Sr. Cardenal Secretario de Estado ha dirigido con esta ocasión al Rmo. Prelado de Salamanca:

SEGRETERIA DI STATO DI SUA SANTITÀ.—NÚM. 31.875

Dal Vaticano, 28 de Agosto de 1908

ILMO. SR.:

El Santo Padre ha recibido la ofrenda enviada por V. S. I. para la Misa del Jubileo, y me encarga que dé las gracias en su nombre á V. S. y á todos los que han contribuido á ella. Muy de corazón les concede á todos la Bendición Apostólica.

Aprovecho con gusto esta ocasión para reiterarme de V. S. I. affmo. s. s. en Cristo,

✠ R. CARD. MERRY DEL VAL.

Ilmo. Sr. D. Francisco Javier y Noriega,

Obispo de Salamanca.

COLLATIO MORALIS MENSE OCTOBRE HABENDA

QUÆSTIO DOCTRINALIS

UTRUM SCANDALUM SIT SPECIALE PECCATUM?

S. Tom. 2.^a 2^{ae}. q. XLIII a. 3.^o

CASUS CONSCIENTIÆ

Reginus, pater familias, vir doctrinae copia, sermonis elegantia notatus, prudentiae civilis peritus, sibi, uxori, suisque decem liberis subvenit, flores, sa-

les, leporesque sui ingenii, ephemeridi lepidae, factae, rei christianae tamen, licet personatae, hosti, impertiendo.

Porro uti Reginus genio ephemeridis indulgeat, sunt ei numero plures libri et domestici et exteri, quorum est conscius serpentis veneni, Ecclesiam eiusque ministros impetentes; sunt libelli famosi ad libidinem explendam exarati, genere tamen dicendi concinni; sunt denique ephemerides, quae ei obsecundant, in qua ephemeride ipse suam navat quotidie operam.

Neque opinere Reginum, uti privatum, de religione, de moribus, contemptim dicere et scribere esse solitum. Omnes enim norunt in tanto viro, neque in bonis moribus colendis, neque in liberis informandis, neque in legibus Dei et Ecclesiae statutis adimplendis quidpiam desiderari.

Non te pudet, optimum ceteroqui civem, avitae religionis cultorem, occurrit quondam Regino parochus, te scriptis infandis polluere, tuum tuorumque bonum nomen miseris stipendiis prodere, levi hominum plausu?

Me equidem pudet praeposteræ agendi rationis, inquit Reginus. Mallem plane ephemeridibus catholicis, meo ingenio meisque, quotaecumque sunt, viribus, praesto esse; at non tanti in illis labor scriptorum aestimatur, quanti mihi opus est ad onera familiae sublevanda. Hinc, quum me alia deficient praesidia, in sinistra ephemeride, sinistre ad scribendum cogor.

Iudica Reginum, quem non pauci scriptores hominum imitantur.



LOS RECORDATORIOS

Ha tomado gran desarrollo entre nosotros esa que podemos llamar nueva *honra fúnebre*, introducida de pocos años á esta parte, copiándola del extranjero. Los *recordatorios* han llegado á ser *de moda*, porque también la moda se introduce en los entierros, en los funerales y en la mansión de los muertos; y ella es la que inspira tanta superfluidad, tanto boato como se ostenta muchísimas veces en las honras funerarias. Menos mal si no redundasen nunca en menoscabo de los sufragios que espera el difunto, pero muy generalmente están éstos en razón inversa de aquéllos. Y se explica naturalmente: porque la familia que ha gastado uno ó dos centenares de duros para alfombrar de negro la iglesia, para música y demás que contribuye á hacer fastuoso un funeral, no está ya dispuesta á gastar más, á desembolsar la limosna necesaria para hacer celebrar siquiera un trentenario de misas. Bastante cree haber hecho con un funeral concurrido y *brillante*, y colocado por añadidura el cadáver en nicho ó sepultura adornada de ricos mármoles: es verdad que ni los mármoles de la sepultura, ni lo aparatoso del entierro, ni las coronas de flores, ni los penachos de los caballos del coche fúnebre, ni la negra alfombra de la iglesia, ni la escogida música del funeral han de contribuir gran cosa á abreviar la expiación del difunto; pero en cambio todo esto lisonjea, satisface la vanidad de los vivos, y ésta entra, no pocas veces, como parte principal, mientras el sufragio del difunto viene á quedar en lugar secundario.

Muchas veces nos ha ocurrido que con lo que se

gasta inútilmente en la mayor parte de los entierros y funerales, á lo menos en las ciudades, podría fundarse, por medio de la *Pía Unión de sufragios*, una misa anual perpétua, y en muchísimos casos hasta mensual. ¡Cuánto más agradecerían nuestros difuntos este verdadero obsequio y socorro, que no el obsequio fastuoso de un día, que ellos no ven, ni sienten, ni les aprovecha, y después que ellos ya no lo necesitan, qué tesoros hallaríamos para nosotros mismos y para nuestros descendientes! Pero esto pasaría desapercibido, y es innegable que, tanto en la asistencia á los entierros y funerales, como en los dispendios que en ellos se hacen, tienen gran parte los respetos humanos, las consideraciones á los vivos quizás más que la piedad y la caridad por los difuntos.

Algo de eso pasa también en los *recordatoris*. Prescindiendo de los que necesitan de ellos para *recordarse* de rogar por el difunto, es muy dudoso que rueguen más con el *recordatorio* que sin él: mucho ganaría el difunto si todo lo que han de importar los *recordatorios* se invirtiere en hacerle aplicar misas, que son el sufragio por excelencia.

Porque no dejan de ir resultando caros los *recordatorios*, sobre todo después que se ha dado en la manía de pedir indulgencias no sólo del Prelado, sino del mayor número posible: han llegado á establecerse agencias para explotar este negocio, y familia podríamos citar que le ha costado cuarenta duros la agencia, y ésta, fingiendo que debía tocar muchos resortes y valerse de ciertas influencias, se ha chupado bonitamente aquella cantidad con sólo dirigir telegramas á cuatro ó cinco Obispos, poniendo la coletilla de *contestación pagada*. Con esto sólo, se obliga á los Prelados á contestar, se les molesta por cualquiera y á cualquiera hora de la noche, y si para expresar los

actos á que conceden indulgencia, es preciso exceder el *mínimum* de palabras, se les deja acabar de pagar la *contestación pagada*.

¿Pero cómo es eso: no se hace todo para proporcionar más sufragios al difunto?—Cierta día al salir de un funeral bastante concurrido, oímos á la familia del difunto que iba calculando: «Han asistido unas 300 personas; estaban concedidas indulgencias por cuatro Prelados, 50 días cada uno, por tanto, cada persona ha enviado al difunto 200 días de indulgencias: multiplicando 200 por 300, ya compone un sufragio considerable.» Y el buen hombre deducía, casi con seguridad, que el difunto estaba ya en la gloria. ¿Para qué hacerle aplicar misas? Hasta el *recordatorio* resultaba ya inútil, después de tan magnífico resultado.

Ese cálculo estaba basado en dos errores muy comunes, que vamos á desvanecer: el primero consiste en suponer que las indulgencias concedidas por varios Prelados, se suman, y que todos las pueden ganar todas; y el segundo, en creer que tales indulgencias son para el difunto, siendo así que son para los vivos.

Sólo el Papa puede conceder indulgencias á todos los fieles; los Prelados las pueden solamente conceder á sus respectivos súbditos; porque la concesión de indulgencias es acto de jurisdicción, y la jurisdicción sólo se extiende á los súbditos propios. Las indulgencias que concede el Obispo, por ejemplo, de Barcelona, no puede ganarlas el que es diocesano de Vich, y viceversa, de donde se colige, que cuando en un *recordatorio* consta la concesión de indulgencias hecha por varios Prelados, no hay nadie que pueda ganarlas todas, ni siquiera hay nadie que pueda ganar más que las de una sola concesión, la de su propio Prelado. Por tanto, aun cuando sean 10 ó 12 los Prelados que hayan concedido indulgencias por la asistencia á un

funeral, si no asisten diocesanos de aquellos Prelados, todas concesiones resultan completamente inútiles. Repetimos que las indulgencias concedidas por diversos Prelados no pueden sumarse; y era tan general algunos años atrás en este punto el error, que algunas empresas editoriales, tan recomendables como la "Librería religiosa," estampaban en cada una de las obras que publicaban, que se ganaban leyéndola miles de días de indulgencia, siendo así que ningún lector podía ganar más de 50 días, ó 100, si era diocesano del Arzobispo que las hubiese concedido.

En segundo lugar, las indulgencias que anuncian concedidas los *recordatorios*, no son para el difunto, sino para los vivos que practiquen lo que en la concesión se determina; si se para mientes en la forma de la concesión, fácilmente se puede deducir, pues no dicen los Prelados: *concedemas al alma de fulano ó fulana tantos días de indulgencia*; sino *concedemos á aquellos de nuestros diocesanos que asistan al funeral, ú oigan una misa*, etc. Y aun cuando la forma fuese más vaga, por ejemplo, *concedemos... por cada Padrenuestro que se rece en sufragio de... nada*. importa. Los Prelados no pretenden conceder lo que no pueden conceder, y esas indulgencias no son aplicables á los difuntos porque se conceden *per modum absolutionis*, no *per modum solutionis*. El asistir con buen espíritu á un entierro, á un funeral, el rezar por un difunto, son obras buenas, como el dar limosna á un pobre, y pueden ser enriquecidas con indulgencias, pero las gana tan sólo el que hace la obra. ¿No podrá éste cederlas, aplicarlas al difunto? No depende de su arbitrio, porque á los difuntos sólo se pueden aplicar cuando en la concesión consta que son *aplicables*, y nunca constará tal cosa en las que se conceden *per modum absolutionis*.

He ahí por qué hemos dicho que si se aplicasen misas, aunque fuese una sola, con lo que importan los *recordatarios* saldrían ganando los difuntos.

Preguntaron un día al Ven. Avila qué deseaba se hiciese por él después de muerto, y contestó con resolución: *Misas, misas y pronto*.

VIAJE DEL PRELADO

Con objeto de asistir y tomar parte en la segunda Asamblea Nacional de la Buena Prensa, y cuarto Congreso Internacional Mariano, salió para Zaragoza el día 19 del pasado Septiembre, el Excmo. é Ilustrísimo Sr. Obispo de la diócesis, acompañado del Muy Ilustre Sr. Secretario de Cámara, D. Manuel García Boíza.

NECROLOGIA

En el pasado mes falleció D. Cristóbal Gómez, coadjutor de Gallegos de Argañán, en la diócesis de Ciudad Rodrigo. Pertenecía á la Hermandad de Sufragios espirituales, por lo tanto, los señores socios le aplicarán los sufragios de costumbre.—R. I. P..A.

CRÓNICA

Conferencias episcopales.—El día 14 del pasado llegaron á esta ciudad por la mañana, los Excmos. é Ilmos. Señores Obispos de Avila y Segovia, D. Joaquín Beltrán y Asensio, y D. Juan Miranda y Bistuer; por la tarde, en el tren correo de Zamora, el Excmo. Sr. Arzobispo de Valladolid, D. José María de Cos, y el Excmo. Señor Obispo de Astorga, D. Julián de Diego y García Alcolea; y en el tren de Portugal, por la noche, el Ilmo. Sr. Obispo de Ciudad-Rodrigo, D. Ramón Barberá y Boada. Al día siguiente, por la tarde, llegó el Excmo. Sr. Obispo de Zamora, D. Luis Felipe Ortiz.

Acudieron á recibirles á la estación el Excmo. Prelado de Salamanca, autoridades y personalidades distinguidas, civiles y eclesiásticas, de esta población.

Los Prelados han estado hospedados todos en el Colegio de Estudios Superiores de Calatrava.

Al comenzar las conferencias, que tuvieron lugar los días 15, 16 y 17, redactaron y enviaron un telegrama de adhesión á Su Santidad Pío X.

Durante los días de conferencias acudieron á saludar á los ilustres huéspedes, el Ilmo. Cabildo Catedral, el clero parroquial, comisiones oficiales civiles y militares, y varias personas particulares.

La tarde del día 16 la pasaron los Prelados en la residencia episcopal del Zurguén, y por la noche fueron obsequiados con una función dada en el Círculo de Obreros y una sesión de cinematógrafo.

El último día lo dedicaron los Sres. Obispos á visitar la Catedral y devolver las visitas á las autoridades, saliendo después cada uno para su diócesis respectiva.

Adoración Nocturna.—**Bendición de la bandera.**—En la vigilia que celebró esta piadosa Asociación el día 7 del pasado, víspera de la Natividad de la Santísima Virgen, en el templo parroquial de San Martín de esta

ciudad, fué bendecida por el Rvmo. Prelado de la diócesis la bandera recientemente adquirida.

Fué un acto solemnísimó, de conmovedora sencillez; rodeada la bandera de personas de todas clases sociales, y en medio el Capitán, el Excmo. Sr. Obispo, arengando con fervoroso entusiasmo á los soldados veteranos y á los nuevos reclutas, á que jamás abandonen la gloriosa enseña que les entregaba ya bendita, antes al contrario, en los momentos más difíciles de la vida, se cobijen bajo sus pliegues y sucumban, si es preciso, antes que desertar de la fidelidad prometida.

Impuestas por el Prelado las insignias de *veteranos* y admitidos los nuevos socios, comenzó la vigilia solemnísimá en la forma acostumbrada.

A Zaragoza.—También ha tenido lucida representación en la Adoración Nacional congregada en Zaragoza los días 18, 19 y 20 de dicho mes, la Adoración Nocturna de Salamanca.

A este efecto se trasladaron á la ciudad del Pilar, el director D. Federico Liñán, el presidente D. Nicasio S. Mata y varios socios adoradores.

Asambleístas y congresistas.—Es, sin duda alguna, la diócesis de Salamanca, de las que mayor contingente de socios ha enviado á Zaragoza, con motivo de celebrarse en esta invicta ciudad la segunda Asamblea de la Buena Prensa y el cuarto Congreso internacional Mariano.

Para la primera se inscribieron más de 50 socios y para el segundo pasan de 70.



BIBLIOGRAFÍA

NUEVA LEGISLACIÓN SOBRE ESPONSALES Y MATRIMONIOS, por el Doctoral de Madrid. Precio 2 pesetas.

Recomendamos eficazmente esta obra, de la que nos ocupamos en el número anterior.

De venta en la librería religiosa de Antonio García, Rua 32. Pueden también hacer pedidos al Director del BOLETÍN.

* * *

REVISTA ECLESIASTICA, 15 Septiembre de 1908.—Sumario:

Anhelos del Papa en su jubileo sacerdotal, por J. A.

SS. D. N. P. X "*exhortatio ad clerum catholicum*."

La Enciclica "Haerent animo y la acción social del Sacerdote", por el Dr. D. Eduarho Juárez de Negrón, presbítero.

Casos y consultas.—I. 1.º ¿Deben pedir licencia para leer malos periódicos los seglares que colaboran en la Buena Prensa? 2.º ¿Ha de decirse lo propio de los sacerdotes? II. ¿Necesitan los sacerdotes la venia del Ordinario para escribir en la Prensa católica.—III. ¿Es válido un matrimonio al cual asistió por delegación un sacerdote suspenso *ab officio* por su Ordinario?—IV. ¿Cómo debe traducirse el conocido texto *Regnum meum non est de hoc mundo*?—V. ¿En qué forma se ha de solicitar la dispensa de un año de asistencia á las lecciones de una Universidad Pontificia?—VI. 1.º ¿Qué misa debe decir el sacerdote facultado para celebrar todos los días de *Beata*? 2.º ¿Qué significa la palabra *Sedulius* que encabeza el in-troito *Salve, sancta, Parens*?—VII. ¿Incurre en alguna pena el párroco que autoriza un matrimonio sin aviso al Juez?

La Curia romana y su nueva organización, por A. G.

Congregaciones romanas.—Más aclaraciones al decreto *Ne temere*.

—Anotaciones al mismo.—*S. Cong. de Ob. y Reg.* Sobre confesores y capellanes de monjas.

Bibliografía.—Presente y porvenir económico de la Iglesia de España.—Problema económico del clero español y su parcial solución por un Montepío.—Compendio de Antropología y Pedagogía.—El Rayo de Luz —Histoire comparée des Religions, paienes et de la Religion Juive. Le Culte de la Ste. Vierge en Afrique.—Du culte de la S. V. dans l' Eglise catholique.—Etudes Sur la S. V.—St. Athanase, Kirchengeschichte. Abhandlungen und Unterschungen.—Libros recibidos.

Vacantes eclesiásticas.—(Cubierta).

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de Manuel P. Criado.